

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum potentia creandi sit alicui creaturæ communicabilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

art. preced. quā nō est realis relatio, sed secundum rationē tam
tum. Si autē passiū accipiatur, cum creatio, sicutia
supra dictū est, proprie loquendo non sit mutatio,
nō potest dici p̄ sit aliquid in genere passionis; sed
est in genere relationis. Quod sic patet. In omnive
ra mutatione & motu invenitur duplex processus.
Vnus ab uno termino motus in aliū, sicut ab al-
bedine in nigredinē. Alius ab agente in patiens, si-
cūt a faciente in factū. Sed hi processus nō simili-
ter s̄e habent in ipso moueri, & in termino motus.
Nā i p̄o moueri, id quo mouetur, recedit ab uno
termino motus, & accedit ad alterum; quod nō est
in termino motus, vt patet in eo, quod mouetur
de albedine in nigredinē, quia in ipso termino motus
iam non accedit ad nigredinem, sed incipit esse
nigrum. Similiter dum est in ipso moueri, patiens
vel factū transmutatur ad agente. Cum autem est
in termino motus, non vltius transmutatur ab a-
gente; sed consequitur factū quandam relationē
ad agentem, prout habet esse ab ipso: & prout est ei
simile quoquomodo, sicut in termino generatio-
nis humanae consequtur natus filiationem. Crea-
tio autem sicut dictū est, nō potest accipi ut mo-
ueri, quod est ante terminum motus, sed accipit
ur vt in factō esse. Vnde in ipsa creatione non im-
portatur aliqua accessus ad esse, nec transmutatio
a creante, sed solummodo inceptio essendi, & rela-
tio ad creatorem a quo est habet. Et sic creatio ni-
hil est aliud realiter, quam relatio quādā ad Deū
cum nouitate essendi.

art. preced. & in cor. ar. **D** AD PRIMUM ergo dicendum, quod in creatione
non ens non se habet sicut recipiens diuinam a-
ctionē, sed id quod creatum est, vt supra dictū est.
AD SECUNDUM dicendū, q̄ creatio actus accepta
significat diuinā actionē cum quadam relatione
coincidēta, & sic est in creatum accepta vero paſū
ne (sicut dictū est) realiter relatio quādā est, signifi-
cata per modū mutationis ratione nouitatis vel in-
ceptionis importata. Hęc autē relatio, creatura quē-
dā est, accepto communiter omniē creaturā, pro
omni eo qd̄ est a Dō. Nēc oportet procedere in
infinitū, q̄ creationis relatio nō referunt ad Deū
alii relatione reali, sed seip̄a. Nulla enim relatio re-
fertur alia relatione. Autē dicit in sua Metaph.
Si uero nomē creaturā accipiam magis stricte, p̄
eo tantum, quod subſtituit: quod propriet̄ fit & crea-
tur, sicut propriet̄ habet esse, tunc relatio p̄dicta
non est quoddam creatum, sed concreta, sicut
nec est ens proprio loquendo, sed inhaerens. Et simi-
le est de omnibus accidentibus.

E AD TERTIUM dicendum, q̄ illa relatio accidentis
est, & secundū est suū considerata prout inhaeret lu-
bicēto, posterius est, quā res creata, sicut accidentis
subiecto, intellectu, & natura posterius est, quā
nō sit tale accidentis quod causetur ex principiis sub-
iecti. Sivero consideretur secundū suā rationem
prout ex actione agēti innascitur p̄dicta relatio.
Sic est quodammodo prior subiecto, sicut ipsa diui-
na actio est eius causa proxima.

AD QUARTVM dicendū, q̄ in generatione est, &
mutatio, & relatio, qua refertur genitū ad generans.
Ratione ergo mutationis non habet pro subiecto
ipsum genitū, sed eis materialē: sed ratione
relationis habet subiectum ipsum generatum. In
creatio ne vero est relatio, sed non mutatio pro-
prie: ut dictū est, & ideo non est simile.

AD QUINTVM dicendū, q̄ relatio p̄dicta non est

A intelligenda entis ad non ens, quia talis relatio non
potest esse realis, vt Awin. dicit, sed est entis creati ad
creatorem, vnde patet q̄ est relatio suppositionis.

Lib. 3. Metr.
cap. alt.

AD SIXTVM dicendum, q̄ creatio importat rela-
tionem p̄dictā cum nouitate essendi, vnde nō o-
portet q̄ res quando cunq; est, creetur, licet semper
referatur ad Deū: quāmuis non esset inconueniens
dicere, q̄ sicut aer, quandiu luce, illuminetur a So-
le, ita creatura quandiu habet esse, fiat a Deo, vt etiā
Aug. dicit super Gen. ad lit. Sed in hoc non est di-
ueritas nisi secundum nomen, prout nomen crea-
tionis potest accipi cum nouitate, vel fine.

Li. 3. c. 15.
10. & lib. 2.
cap. 12.

AD SEPTIMVM Dicendum, quod id ex quo ac-
quiritur relatio creationis principaliter est res subi-
stens, a qua differt ipsa creationis relatio, quae & ipsa
creatura est, & non principaliter, sed quasi secun-
dario, sicut quid concreta.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ motus rēducitur
ad genus sui termini, in quantum procedit de po-
tentia in actu: nam in ipso motu terminus motus
est in potentia, & potentia & actus reducuntur ad
idem genus. In creatione autem non est exitus de
potentia in actu, & ideo non est simile.

ARTICVLVS IIII.

C Vtrum potentia creandi sit alieni creature communica-
bilis, uel etiam actus creationis.

Q Varto queritur, vtrū potentia creandi sit ali-
cui creature communicabilis, uel etiam actus
creationis. Et videtur quod sic. Eodem enim modo
& ordine, quo res exēunt a primo principio, re-
ordinantur in ultimum finem: cum idem sit primū
principium, & ultimus rerum finis. Sed inferiores
creature ordinantur in Deum, sicut in finem me-
diabitibus superioribus creaturis, quia sicut Diony-
sius dicit, lex diuinitatis est per prima, ultima ad se
adducere, ergo & creature inferiores, exēunt a pri-
mo principio per creationem mediabitibus super-
ioribus creaturis, & ita creationis actus creature
communicarū.

Celest. Hie-
tar. c. 5. p. 1.

D P̄t̄ illud quod communicatum creature non
trahit ipsa extra terminos creature, est alicui crea-
ture communicabile per potentiam creatoris, qui
potest etiam noua genera condere creaturā: sed
posse creare, si creature cōmunicaretur, non pone-
ret ipsam extra terminos creature, ergo posse crea-
re est creature cōmunicabile. Probatio media. Il-
lud d̄ extra terminos creature ī em aliquam pone-
re, quod ratione creature repugnat. Posse autē crea-
re non repugnat rōni creature, nisi propter infinitatē
virtutis, q̄ videtur ad creationem requiri, non autē requiritur, vt videtur. Nam unumquod-
que tantum distat ab uno oppositorū, quantum de
natura alterius participat. Tantum enim aliud est
albus, quantum distat a nigro. Ens autem creatum
finite participat naturā entis, ergo finite distat a nō
esse simpliciter. Educere autem aliquid in esse ex di-
stantia finita, non demonstrat potentiam infinitam.
& sic relinqui quod potentia finitę possit esse crea-
tionis actus. Et si posse creare rationi creature nō
repugnat, nec ponit ipsam extra terminos creature.
Sed diceretur, q̄ hoc quod dicitur: quod unūquod
que tantum distat ab uno oppositorū quantum
participat de alio, locū habet in illis oppositī, quo-
rum virtusq; est natura quādā, sicut sunt contra-
ria, non autem in illis, quorum alterum tantum est
natura,

QVAEST. III. DE CREATIONE ARTIC. III.

natura, sicut i pruinatione & habitu, affirmatione & negatione. Sed contra: prædicta oppositio locum habet in cœrarijs secundum hoc, quod adiutuicem distant, quod quidem eis competit in quantum opposita sunt: sed causa oppositionis in contrarijs & radix, est oppositio affirmationis & negationis, ut probatur in 4. Metaph. ergo in oppositione affirmatio- & negationis maxime debet locum habere.

Tex. 27. ¶ 4 Prat. Secundum Augustinum super Gen. ad literam, tripliciter res fieri dicuntur. Vno modo in verbo, alio modo in angelica cognitione, & tertio modo in propria natura. Propter quod Gen. i. dicitur. Dixit, fiat, & factum est. Modus autem quo res dicuntur in angelica intelligentia fieri, medius est inter illos duos modos, ergo videtur quod res creare procedant ut sint in propria natura a verbo creatoris cognitione angelica mediante. Et sic videtur quod medianibus angelis res creetur.

¶ 5 Prat. Nihil & aliquid plus distant quam aliquid & esse, cum nihil & aliquid nihil habeat commune, aliquid autem sit entis pars. Deus autem facit creando, ut quod nihil erat, aliquid fiat, & per consequens quod nulla potentia fiat aliqua potentia: ergo multo amplius facere potest quod aliqua potentia terminata, cuiusmodi est potentia creatura, fiat omnipotencia, cuius est creare. Et sic communicari potest creatura quod creerit.

¶ 6 Prat. Lux spiritualis est nobilior & potentior, quam corporalis: sed lux corporalis seipsum multiplicat: ergo angelus, qui est lux spiritualis secundum Augustinum super Gen. ad literam, potest seipsum multiplicare: sed hoc non potest facere nisi creando: ergo angelus potest creare.

¶ 7 Prat. Cum formæ substanciales non generentur, eo quod solum compositum generatur, ut probat Philosoph. in 7. Metaphys. non possunt deduci in esse nisi per creationem: sed natura creata disponit materiam ad formam: ergo ministerio aliquid operatur ad creationem. Et sic communicari potest creatura, quod habeat in creatione ministerium.

¶ 8 Pra. Opus iustificationis est nobilis quam creationis, cum gratia sit supra naturam. Vnde & Augustinus dicit, q̄ maius est iustificare impium, quam creare cœlum & terram: sed in iustificatione impij ministerij exhibet creatura: sacerdos enim dicitur ut minister iustificare siue peccata remittere: ergo multo magis potest creatura ministerium exhibere in creationis actu.

¶ 9 Pra. Oportet omne factum simile esse agenti, ut probatur in 7. Metaph. sed creatura corporalis non est similis Deo, neq; specie, neque genere. ergo non potest a Deo per creationem procedere nisi mediante aliqua creatura, qua sit similis saltem in genere. Et sic videtur q̄ res corporales creetur a Deo medianibus superioribus et creaturis.

¶ 10 Prat. in lib. de Causis dicitur, quod illa, quæ est intelligentia secunda, non recipit ex bonitatibus primis, quæ procedunt ex causa prima, nisi mediante intelligentia superiori: sed de primis bonitatibus est ipsum esse, ergo intelligentia secunda non recipit esse a Deo, nisi mediante intelligentia prima. Et sic vñ quod Deus actu creationis alicui creatura coiceret.

¶ 11 Prat. In codem libi dicitur, quod intelligentia scir qd sub se est, per modum substantiae sue, in quantum est ei causa: sed vna intelligentia cognoscit intelligentiam alia quæ est sub ipsa: ergo est eius causa. Sed non causatur nisi per creationem, cum non

sit composita: ergo intelligentia creare potest.

¶ 12 Prat. Augustus dicit in lib. de immortalitate animæ, quod creatura spiritualis cōmunicat corporali speciem, & esse. & sic uidetur quod creatura corporales creentur medianibus spiritualibus.

¶ 13 Prat. Duplex est cognitionis genus. Vna sequitur cognitione est ad re. Et alia quæ est a rebus. Angelus autem cognoscit res corporales non cognitione quæ est a rebus, cū careat potentiis sensitivis, quibus medianibus peruenit cognitione sensibili ad intellectum: ergo cognoscit res cognitione quæ est ad rem, quæ est similes diuinæ cognitioni. Sicut ergo Deus per suam scientiam est causa rerum, ita & scientia Angelii rerum causa esse uidetur.

¶ 14 Prat. Duplex est modus, quo res in esse exēt. Vnus secundum quod exēunt de puro non esse in esse, quod fit per creationem. Alius secundū quod exēunt de potentia in actum: virtus autem materialis, quæ est rerum naturalium, potest res producere modo secundo, scilicet extrahendo res de potentia in actum, ergo virtus immaterialis, quæ est potentior, qualis est virtus angelicæ, potest aliquid producere in esse modo primo, quod est maioris uirtutis, scilicet de puro non esse in esse, quod est creare. Et sic videtur quod Angelus posuit creare.

¶ 15 Prat. Infinito non est maius aliquid, sed infinita potètia est educere aliquid de nihilo in esse, alias nihil phibetur creaturas creare. Nulla ergo potentia potest esse maior quam ista. Et sic non est maius facere creaturā ex nihilo, & dare ei potentiā creandi q̄ creare. Primum autem Deus potest, ergo & secundū.

¶ 16 Prat. Quanto maior est resistentia patientis ad agens, tanto maior est difficultas in agendo: sed contrarium magis resistit, quam non ens. non ens enim agere non potest, sicut agit contrarium. Cum ergo creatura possit aliquid ex contrario facere, viderur quod multo magis possit aliquid facere ex nihilo, quod est creare: ergo potest creatura creare.

SED CONTRA. Ens & non ens in infinitum distat: sed operari aliquid & distantia infinita est infinita virtus: ergo creare est infinita virtus, & ita non potest alicui creaturæ communicari.

¶ 17 Prat. Superiores creaturæ, vt Angeli secundum Dion. in cœle. hierar. diuiduntur in essentia, uirtute, & operationem: ex quo haberi potest, quod nullus creaturæ virtus est sua essentia: & sic nulla creatura agit se tota: cum id, quo res agit, sit virtus eius. Sed secundum quod agens agit, effectus agitur: ergo nulla creatura potest aliquem effectum totum producere. Et sic non potest creare, sed semper in sua actione materiam presupponit.

¶ 18 Prat. Augustus in 3. de Trin. dicit, q̄ Angeli non potest esse creatores alicuius rei, nec boni, nec mali. Inter ceteras vero creaturas Angelus est nobilior: ergo multo minus aliqua alia creatura potest creare.

¶ 19 Prat. Eiusdem virtus est creare, & creaturas in esse conservare: sed creaturæ non possunt in esse conservari, nisi per virtutem diuinam, quæ si se rebus subtraheret, in momento deficerent secundum Augustum. super Gen. ad literam, ergo res non possunt

creari nisi per virtutem diuinam.

¶ 20 Prat. Illud, qd est alienius propriæ proprii, alteri conuenire non potest: sed creare dicitur cōiter proprii esse Deo: ergo creare non potest alteri conuenire.

RESPON. Dicendum, quod quorūdam Philosophorum fuit positio, quod Deus creauit creaturas inferiores medianibus superioribus, ut patet in lib.

bro

QVÆST. II. DE CREATIONE, ARTIC. III.

15

bro de Causis, & in Metaphy. Auticen. & Algazelis. Et mouebantur ad hoc opinandum propter hoc, q̄ credebant quod ab uno simplici non posset immediate nisi vnum prouenire, & illo mediante ex uno primo multitudine procedebat. Hoc autem dicebant ac si Deus ageret per necessitatem naturæ; per quem modum ex uno simplici nō fit nisi vñū. Nos autem ponimus, quod à Deo procedunt res per modum scientiæ, & intellectus, secundum quē modū nihil plibet ab uno primo, & simplici Deo, multitudinem immediate prouenire, secundū quod sua sapientia continet uniuersa. Et ideo secundum fidem catholicam ponimus, quod omnes substantias spirituales, & materiales corporalium, Deus immediate creauit, hæreticum reputantes, si dicatur p̄ angelum vel aliquam creaturam aliquid esse creatum. Vnde Damas. dicit. Quicumque dixerit Angelum aliquid creare, anathema sit. Quidam tamē catholici tractatores dixerunt, quod & si nulla creatura possit aliquid creare, communicari tamē potuit creaturae, vt per eius ministerium Deus aliquid crearet. Et hoc ponit magister in 5. dist. 4. li senten. Quidam vero econtrario dicunt, quod nullo mō creaturae communicari potuit, vt aliquid crearet: quod etiam communius tenetur. Ad horum autem cvidentiam secundum est, quod creatio nominat actiū potentiam, qua res in esse producuntur: & ideo est absq; præsuppositione materiae præexistentis, & alicuius prioris agètis. haec enim sole causa præsupponitur ad actionem. Nā forma geniti est terminus actionis generati, & ipsa est etiam finis generationis, qua secundū esse non præredit, sed sequitur actionem. Quod nō creatio materialē nō præsupponat, patet ex ipsa nominis rōne. Dicitur. n. creari quod ex nihilo sit. Quod etiam non præsupponat aliquā priorē causam agentē, pater ex hoc, qd Aug. dicit 1. 3. de trin. ubi probat angelos nō esse creatores, q̄a operat̄ ex seminibus naturæ inditus, q̄ sunt virtutes actiuae in natura. Si igit̄ sic strictè creatio accipitur, constat q̄ creatio nō potest nisi primo agēti conuenire, nam causa secunda nō agit nisi ex influētia cause primæ. Et sic omnis actio causa secundæ est ex præsuppositione cause agentis. Nec etiā ipsi Philosophi posuerūt angelos vel intelligērias aliquid creare, nisi p̄ virtutē diuinā in ipsis existere, vt intelligamus, q̄ causa secunda duplēcē actionē habere pōt. vñā ex propria natura, alia ex virtute prioris cause. Impossibile est autem quod causa secunda ex propria virtute sit principium esse in quantum habuimodī. Hoc enim est proprium cause primæ. Nā ordo effectū est secundum ordinem causarū. Primum autē effectus est ipsum esse, qd omnibus aliis effectibus præsupponit, & ipsum non præsupponit aliquem alium effectum. Et ideo oportet, q̄ dare esse in quantum habuimodī sit effectus primæ cause solius, secundum propriā vietutem. Et quæcunque alia causa dat esse, hoc habet inquantū est in ea virtus & operatio primæ cause, & nō per propriā virtutē, sicut & instrumentum efficit actionem instrumentalē, non per virtutem propriā naturā, sed per virtutē motientis: sicut calor naturalis per virtutē animæ generat carnē vnam, per virtutem autē propriā naturā, solummodo calefacit, & dissoluit. Et per hunc modum posuerunt quidam Philosophi, q̄ intelligēriae primæ sunt creatrices secundarum, in quantum dant eis esse per virtutem cause primæ in eis existentē. Nam esse per creationem, bonum ve

bro, & vita, & huiusmodi per informationem, vt in libro de causis habetur. Et hoc fuit idolatrie principium, dum ipsis creatis substātiis, quasi creatricibus aliarum, latræ cultus exhibebatur. Magister vero in quarto sententiārum ponit hoc esse communicabile creature, non quidem vt propria virtute creet, quasi auctoritate, sed ministerio, quasi instrumentum: sed diligenter cōsideranti appare hoc esse impossibile. Nam actio alicuius, etiam si sit eius vt instrumenti, oportet vt ab eius potentia egrediatur. Cum autem omnis creatura potentia sit finita, impossibile est quod aliqua creatura ad creationem operetur, etiam quasi instrumentum. Nam creatio infinitam virtutem requirit in potentia a qua egreditur, quod ex quinq; rationibus apparet. Prima est ex hoc, quod potentia faciens proportionatur distantiæ, quæ est inter id qd sit, & oppositum, ex quo sit. Quanto enim frigus est vehementius, & sit a calore magis distans, tanto maiori virtute caloris opus est, vt ex frigido fiat calidum: non esse autem simili citer, in infinitum ab esse distat, quod ex hoc patet. Quia a quolibet ente determinato plus distat non esse, quam quodlibet ens, quantumcumque ab alio ente distans inuenitur. Et ideo ex omnino nō ente aliquid facere, non potest esse nisi potentia infinita. Secunda ratio est, quia hoc modo factū agitur quo faciens agit: agens autem agit secundum quod actu est. Vnde id solum se tōto agit, quod totum actu est, quod non est nisi actus infiniti qui est actus primus, vnde & rem agere ē in totā eius subtiliam solius infinita virtutis est. Tertia ratio est, quia cū accidentis oporteat esse in subiecto, subiectum autē actionis sit recipiens actionem: illud solum in faciendo aliquid recipientem materiā non requirit, cuius actio non est accidentis, sed ipsa substantia sua; quod solius Dei est. Et ideo solius eius est creare. Quartaria ratio est, quia cum oēs secundū causæ agentes, a primo agente habeant hoc ipsum, quod agant, vt in lib. de proposit. 19. & 20. Causis probatur, oportet quod a primo agere omnibus secundis agentibus modus & ordo imponatur, ei autem nō imponitur modus vel ordo ab aliquo. Cū autē modū actionis ex materia dependeat, que recipit actionē agentis, solius primi agētis erit absq; materia præsupposta ab alio agente agere, & alijs oībus secundis agentibus materiā minister. Quinta ratio est ducens ad impossibile. Nam secundum elongationem potētia ab actu, est proportio potentiarum de potentia in actu, aliquid reducendum. Quanto enim plus distat potētia ab actu, tanto maiori potentia indigetur. Si ergo sit aliqua potētia finita, quæ de nulla potētia præsupposita aliquid operetur, oportet eius esse aliquam proportionem ad illam potentiam actuā, quae educit aliquid de potentia in actu, & sic est aliqua proportio nullius potentia ad aliquam potentiam, quod est impossibile. Non entis enim ad ens, nulla est proportio, ut habetur 4. Physic. Relinquitur ergo, quod nulla potentia creatura potest aliquid creare, neque propria virtute, neque sicut alterius instrumentum.

A D P R I M U M ergo dicendum, q̄ in reducendo ad finem, præexistit ea, quæ sunt ad finē. & ideo non impossibile est per actionē alicuius cooperari Deo ad hoc, quod res aliqua in finem ultimum reducantur: sed in univerſali eductione rerum in esse, nihil præsupponitur. Vnde non est simile.

A D S E C U N D U M dicendū, q̄ nihil prohibet aliquā distantiam imaginari infinitam ex una parte, & ex alia

Ex Cyp.
Et. 4. di. 5. q.
1. art. 3. q. 1.
& 2. contra
ca. 21. 85. In
prop. 10. to.
Arif. Au-
cen. 9. metra.
Cap. 4.

Lib. 2. orth.
fidei ca. a. 20
fine illius.

Lib. 4. dist. 5.
paragra. c.

Lib. 3. cap. 8.
& 8.

Cap. 5.
Joh. Ber.
dicta 2.

Lib. 5.
1. p. 1.
2. p. 1.

145

QVAEST. III DE CREATIONE, ARTIC. III. VO

x. p. ubi sup.
respon ad 3.
alia finitam. Ex vtrah; autem parte infinitam imagi- F
namur distantiam, quando vtrunque oppositorum
ponitur infinitum: puta, si sunt calor & frigus infinita.
Ex parte autem altera, quando alterū est finitum:
sicut si calor esset infinitus, & frigus finitus. Distantia
ergo infiniti entis a non esse simpliciter, est infinita
ex vtrah; parte. Distantia autem entis finiti a nō es-
se simpliciter est infinita ex una parte tantum, & re-
quirit nihilominus potentiam infinitam agentem.

Tertium concedimus. Non enim quātum ad hoc
differt, an vtrumq; oppositorum sit natura quādā,
an alterum tantum.

AD QVARTVM dicendum, q̄ res in intelligētia di-
cuntur fieri secundum cognitionem tanrum, nō se-
cundum rationem operativa virtutis: vnde res non
producentur a Deo mediatis angelis operanti-
bus, sed solum angelis cognoscibentibus.

AD QVINTVM dicendum, q̄ aliquid d̄ non pos-
set fieri ab aliquo, nō solum propter distantiā extre-
morū, sed etiam propter hoc, q̄ omnino fieri nō
potest: vt si dicamus, q̄ ex aliquo corpore non po-
test fieri Deus, quia Deus omnino fieri non potest:
Sic ergo dicendum, quod ex aliqua potentia nō po-
test fieri omnipotētia, non solum propter distan-
tiā viriūq; potentia, sed etiā propter hoc, q̄ om-
nipotētia omnino fieri non potest. Nam oē quod
potest, purus actus esse non potest, cum ex hoc ipso, q̄
ex alio esse habeat, potentia in eo deprehendatur.

Et ideo non potest esse potentia infinita.

AD SEXTVM dicendum, q̄ lux corporalis multi-
plicat se, non per creationem nouā lucis, sed diffun-
dendo se super materiam: quod de angelis dici nō
potest: cum sint substantiae per se stantes.

AD SEPTIMVM dicendum, q̄ forma pōt consi-
derari duplice. Vno modo secundum quod est in
potētia, & sic a Deo materia concreatur, nulla di-
sponentis naturę actione interueniente. Alio modo
secundum quod est in actu, & sic nō creatur, sed de
potētia materiae educitur per agēs naturales: unde
nō oportet quod natura aliquid agat dispositiūe ad
hoc quod aliquid creetur. Quia tamen aliqua for-
ma naturalis est, quae per creationem in esse produ-
citur, scilicet anima rationalis, cuius materiam na-
tura disponit: ideo sciēdū est, quod cum creatio-
nis opus materiam tollat, duplice aliquid creari
dicatur. Nam quēdam creantur nulla materia p̄su-
posita, nec ex qua, nec in qua, sicut angeli & corpo-
ra celestia: & ad horum creationem natura nihil
operari potest dispositiūe. Quēdam vero creantur,
& si non præsupposita materia ex qua sint, præsu-
posita tamen materia in qua sint, vt anima humāna.
Ex parte ergo illa, qua habent materiam in qua, na-
tura potest dispositiūe operari, non tamen q̄ ad ip-
sam substantiam creari, natura actio si extendat.

AD OCTAVVM dicendum, q̄ in opere iustificatio-
nis homo aliquid operatur, ministerio tantum per
hoc quod adhibet sacramenta: vnde cum sacra-
menta iustificare dicantur instrumentaliter & dispositiūe,
solutio redit in idem cum solutione prædicta.

AD NONVM dicendum, q̄ quamvis inter Deum &
creatū non possit esse similitudo generis vel spe-
ciei, potest tamen esse similitudo quādā analogia,
sicut inter potentiam & actu, & substantiam & acci-
dens. Et hoc dicitur vno modo in quantum res crea-
tū imitantur suo modo ideam diuinę mentis, sicut
artificia formā, quae est in mēte artificis. Alio mo-
do secundum q̄ res creatae ipsi nature diuinę quo-

dammmodo similantur, prout a primo ente alla simi-
litas, & bono bona, & sī de alijs. Tamen hēc obie-
ctionē nō est ad p̄positū quia supposito q̄ creature a
Deo procedat mediante aliqua potentia creata, ad
huc redibit eadē difficultas, qualiter scilicet illa pri-
ma natura creata esse possit a Deo: similitudine nō
existente.

AD X. dicendum, quod error iste expresse in li-
bro de Causis inuenitur, quod creature inferiores, Prop. 20.
creatæ sunt a Deo superioribus mediatis, vnde
in hoc authoritas illius non est recipienda.

AD XI. dicendum, q̄ Aug. ibi loquitur de ani-
ma, quae communicat corpori esse & speciem, non
per modum creantis, sed per modum formæ.

AD XII. dicendum, q̄ licet Angelus non cogno-
scat res cognitione quae est a rebus accepta, non ta-
men oportet quod cognoscat tali cognitione, quae
sit causa rerū. Est. n. cognitione eius media inter duas
cognitiones predicas. Cognoscit enim res natura
li cognitione, quae est per rerū similitudines in eius
intellectu effluxas a diuino intellectu: vt sic eius
cognitione non sit ad rem quasi rerū cā, sed sit quādā
similitudo diuinæ cognitionis, quae res causat.

AD XIII. dicendum, q̄ in educendo res de po-
tentia in actu, multi gradus attendi possunt, in quanti-
tati aliquid potest educi de potentia magis vel min-
oritate in actu, & etiam facilis vel minus facilis
remota in actu, & etiam facilius vel minus faciliter:
unde nō oportet, si uirtus Angeli uitrum naturae
materialis excedat, q̄ possit aliquid facere de
puro nō esse, natura educente aliquid de potentia in
actu, sed quod hoc possit multo facilius, q̄m natura.
Sicut etiam Augustinus dicit in 3. de Tri. quod
demones seminibus naturae occulti, & efficacius
operantur: q̄m nos operari sciamus.

AD XV. dicendum, quod nulla est maior potentia
quam potentia creandi, nec oportet quod potentia
creatis ad hoc se extendat, quod alium creature
potentiam creandi communicet, eo q̄ creature
communicabilis nullo modo est. Quod enim aliquid fieri
non possit, non solum prouenit ex defectu poten-
tia facientis, sed quādoque ex ipsa factione rei, quae
fieri non potest. Sicut Deus non potest facere Deū,
nō p̄pter defectū sua potētia, sed quia Deus a mul-
to fieri potest. Et similiiter potētia creandi finita esse
nō potest, nec creature cōmunicari, cū sit infinita.

AD XVI. dicendum, quod in actu potest attendi
difficultas duplice. uno modo ex hoc quod pa-
tientis resistit contra agentem. Et hoc non est in
omnibus generaliter, sed solum in his, quae mutuo ag-
gunt & patiuntur in inuicem: in quibus agens pati-
tur ex contraria actione patientis. Et sic corpora cę-
lestia, quae contrarium non habent agendo, nō pa-
tiuntur difficultatem in agendo ex contraria actione
non patientis. multo minus Deus. Alio modo qui ge-
neralis est, secundum quod patientis elongat ab
actu. Quanto enim potentia magis ab actu elonga-
ta inuenitur, tanto maior est difficultas in actione,
agentis. vnde, cum magis elongetur ab actu purum
non ens, quām materia cuiuscumque contrario sub-
iecta, quantumcumque intensō, manifestum est ma-
ioris esse uirtutis producere aliquid de nihilo, quā
facere contrarium de contrario.

ARTICULUS V.
Vtrum possit esse aliquid quod non sit a Deo creatum.
Q Vinto queritur virū possit esse aliquid quod
non sit a Deo creatum. Et uidetur q̄ sic. Cū enim